



**CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Theodoro martyre. Cap[itulum]. xxxix.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

# Liber

# Décimus



**A**ttuor coronati: videlicet severus: severinus: carophorus: et victorius: rome passi sunt sub diocletiano imperatore: qui cuic essent cornicularii: et ad sacrificia vna cum aliis imperatoroz officiis compellerebatur: cum omnino consensum impiorum prebere nollent: nullum est diocletiano. Quos illico fuisse: ut ante ipsum plumborum testibus tandem cederentur donec spiritum emitterent. Quorum corpora fuisse in platea canibus factarum: que etiam quinque diebus ibidem iacerunt illefa. Sed a melchiade papa et a beato sebastiano martyre collecta: seipsum fuisse in via lauviana militario ab urbe teratio cum aliis sanctis in arenario. Passi sunt autem post duos annos a passione discorum quinque martyrum supra proxime positorum eodem scilicet die: hoc est sexto idus novembribus. Horum nomina cum minime possent inveniri: quatuor coronati vocati sunt. Statutum est autem a melchiade papa: ut memoria eorum sub nominibus aliorum quinque martyrum predictorum et dies anniversaria recolatur. Et licet processu temporis eorum non minus reperta fuissent: usus tamen obtinuit: ut quattuor coronati deinceps vocarentur.

**D**e dedicatione basilice saluatoris. Cap. xxviii.



**E**dicatio basilice saluatoris: hoc est sancte ecclesie lateranensis rome abro papa silvestro facta est. videlicus nouembribus. Qui sancti episcopos consecrations altarium et ecclesiarum ritu: quem romana tener ecclesia: primus fieri instituit. Fuisse tamquam ab ipsis apostolorum temporeibus loca deo dicata: que a quibusdam oratione: a quibusdam ecclesie appellabatur: ubi collecte fierent per unam sabbati: et in quibus populus christianus ad audiendum verbum dei: et ad percipiendum dominici corporis sacramentum conueniret: et apostolorum edocemur epistolis: et sanctorum patrum instruimur gestis. Que licet sale et aqua benedicta exorcizabant: non tamen christiane vngabant: nec altare lapideum adhuc stabat erectum: christiane delibutum in figura domini nostri iesu christi: qui est altare nostrum et sacerdos et hostia. Postquam vero constantinus imperator a lepra mundatus a beato silvestro papam baptissimi meruit sacramento purificari: ut supra dictum est in legenda silvestri pape pridie

kalen. ianuarii. et constantini imperatoris. Nam kalen. iunii. tunc primi lege ab ipso promulgata concessum est omnibus sub romano imperio de gentibus licite ecclesias fabricare. Et ad id factendum suo ut alios horraret exemplum in proprio lateranensi palatio ecclesiam in honore salvatoris mundi fabricauit. Basilicam quoque apparet diciam iuxta palatium fecit in honorem sancti iohannis baptiste: in loco videlicet in quo baptizatus meruit a lepra mundari. Quam quidem ecclesiam mirificis donis et ornamentis in auro et argento et lapidis preciosis infiniti preci magnifice dicitur: quam beatus papa silvester die predicatorum publice consecravit. Tunc quoque imago saluatoris dominus depicta in tribuna ecclie primus visibilis omni populo romano apparuit. Quae quidem imago deuotissima in ipso loco usque hodie perseverat. Et licet ecclesie eiusdem parientes usque ad fundamentea pietatis dissoluti fuerint: et iterum reparati. Ipsa tamquam tribuna cum imagine sacraissima nulla vno potuit vertutate delectari: nullaque nouitate dissolui. Cum tamen aliquando ecclesia ipsa incedio totaliter sit iudicio divino consumpta. Hec igitur est illa festivitas: in qua prima rome ecclesia publice consecrata est: quam etiam ecclesia idem pontifex ad instantiam constantini augusti: omnium ecclesiarum totius orbis caput esse constituta: et a deinceps tam larga benedictione dotauit: ut si quis hominum quocunque anni repose vere confessus et penitens eam intrauerit: omnium peccatorum suorum generalem remissionem et indulgentiam consequi mereatur.

**D**e sancto theodoro martyre. Cap. xxix.



**T**heodorus martyr: passus est apud amasiam ciuitatem marmaritanorum sub diocletiano et maxianio imperatoribus. Qui cuius est esset miles et ciuitate hellene: spoliis deprehensus est: quod christianus esset: et adductus est ad brycham prepositus legionis: Eum cum prepositus diceret: ut sacrificaret et militiam pristinam recipere: illeque se deo patri omnipoleti et iesu christi filio eius militare se respondisset: ad suggestionem possidoni vicarius prepositus et inducitus cocessit deles pascis: ut semper ipsum admoneret et dominus immolare continebat. Interea theodoz plures christianos in carcere detentos visitabat: eosque in fide christi confortans eisdem necessaria ministrabat. Nocte igitur quadam templum martis introiit: et igne supposito rotum illud succendit. Qui a quadam gordiano tabulario usus et detentus: ac presidi presentatus est. Quem paces fecit cedit et celsus in carcere mitti: pedibusque in cippo recludit: ac ostium carcere signari: ut ibi fame de-

## De sanctis in mense nouembri occurribus Fo. cclxxv.

Siceret. *L*uis dominus Iesus christus nocte cum lumine apparuit: et ipsum in eius amore confortavit. Tunc multa turba virorum dealbarum ad eum venit et secum psallere cepit. Quod custodes audientes: et ostium signatum aspicientes iudicari nuntiare festinaverunt. Ille vero ad carcerem cucurrit: et ostium carceris signatum inuenit: voces vero pfallenium cum theodo-  
ro audiuit. Et circumpositis militibus carcerem aperiri fecit: ac introgressus solum sanctum martyrem in ligno detrusum aspexit. Rursumque eidem recluso vinciam panis et modicum aqua per dies singulos ei ministrari precepit: sed ipsum celesti cibo domini enutravit. Post dies vero. xv. theodorum adducrum et dñis sacrificare nolentem: iussit preses in ligno suspensum: et latera eius vnguisbus crudeliter radi: donec coste illius nudarentur. Et cum hec omnia pro christi nomine superasset dedit preses in eum intentiam ut ignibus traderetur. Accenso igitur igne per semet ipsum vestimenta depo-  
suit: et vincis post tergo manibus in flammis sponte profundiit. Et circumspectens in turba quendam commilitonem nomine cleonicum la-  
chrymantem vidit: quem confortans seipsum se-  
cutorum predicit. Cum autem orationem fuisse ad dominum flamma in specie camere fa-  
era est tanquam velum navis a vento repletum: et circuallauit eum: ut esset non quasi corpus qui exuritur: sed quasi panis qui coquitur. Sicque celesti voce ad gaudia eterna vocata emisit spiritum. Corpus vero exanimi omnino permanit incombustum. Quod matrona quedam eusebia nomine tulit: et in possessionem suam que-  
dstat ab urbe amasia vniuersitate portauit: ubi eum cum aromatibus sepeliuit in loco: qui dicitur euchaita. Passus est autem quinto idus novembri.

**D**e sancto Theodoro also martyre. *L*ap. xl.



**H**eodo-  
rus miles et  
martyr apud  
heracleam ci-  
uitatem ma-  
cedonis passus est sub licinio  
imperatore: qui et occidit. pl.  
martyres t. ccclx. centurio-  
nes. Eodem tempore apud a-  
chaiam erat draco pessimus  
omnes interficiens et deuorans transeuntes.  
Cum aurem theodorus miles christianus ibi  
suxa supra fenestram dormitasset: et draconem ibi  
dem ignoraret: excitatus est a muliere eusebia  
christiana: que ei draconem ibi iuxta esse nun-  
ciavit: et ut fugeret ex charitate mouit. Quam  
sanctus hortatus est ut pro se oraret: et a longe  
conspiceret. Factaque sibi crucis signo ad os

spelunce recessit: et draconem ut extret christi virtute mandauit: ac deinde equum ascendit. Quem exentiem aggreditur: equaque ipsum supprimere quatuor pedibus draco prostratur: et lancea cordi eius infixa a sancto milite Christi occiditur. Quo miraculo viso multi gentilium ad Christum conuersi sunt. **L**icinius igitur rex cum audisset: et theodorus Christum predicaret: misit de niscomes dia in heracleam ciuitatem in qua miles Christi de gebat: ut cum honore militaris ad eum accederet. Ille vero nuncios grate recipiens remisit imperato: si per epistolam: ut personaliter veniret heracleam: ubi nimis affectio Christi populus videre cupiebat: quod si illuc veniret: ipse cum eo et omni populo sacrificare paratus esset. Quo aucto licinius heracleam venit: cui sanctus miles in equo quo draconem occiderat obuiauit: quem imperator coram omnibus populo plurimum hono-  
uit. Rogauit autem eum ut pro victoria draconis obrenta: dñis offerat grata libamina. Illa autem deos regis sibi dari petiunt: quasi in domo suavellet eos thermibus placare. Quibus eidem ab imperatore traditis oia idola aurea et argentea confregit et frusta pauperibus distribuit. Hoc audiens licinius iratus eum teneri fecit: sacrificare nolentem: precepit eum spoliatum et in quatuor lignis extenuum virginis cedi: deinde plumbaris contundendi durissime. Postmodum etiam carnes illius vnguisbus ferreis radiis: et facultas igne as vulneribus superponit: atque testis acutissimis confixari. Et sic in carcerem vinculatum reclaudi. Iterum autem post dies. v. educit mandauit crucifigere: et crucifixum a pueris sagittari: et quod genitalia precidi. Quem licinius existimans interfectum: dimisit in cruce in crastinum deponendam. Eucharistus vero quidam Christianus occulte scriberat passionem eius. Angelus autem domini theodoro pendente per noctem apparuit: et vulneribus eius sanatis illesum depositum. Cum autem iussu regis duo centuriones cum pluribus ad eum depo-  
nendum manevissent: eumque viuentem ac omnino sanatum vidissent eum militibus. lxxiiij. ad Christum conuerterunt. Quod audiens licinius misit antipatrem ducem cum. cccc. viris ad eos occidentes. Lunc inter Christianos et paganos sedatio erat: sed martyris Christi tumultu sedauit: et Christianos ad patientiam informauit: deinde ad custodiā accedens: fidèles oculis in Christi noī apertis oculis et dirutis vinculis absoluist: et pluribus ad se venientibus egris sanitatem restituit. Quod rex intelligens: ipsum decollari mandauit. Sed cum ad passionem dicere: eucharistū rogauit: ut corpus eius in achaia deferret: et in paterna hereditate sepeliret. Quod quidē ille summa diligentia adimplere curauit. Passus est autem sanctus martyr. v. idus nouembri. **T**emporis vero processu corpus eius de partibus illis a venetiis raptum venerabatur delatū: atque in ecclesia salvatoriis: que est canoniconum regulartum sepultum est.

**Z** iii